CAPUT: XLIX:

Vocavit autem Jacob filios suos:
et ait eis: Congregamini ut annun:
ciem quae ventura sunt vobis in
diebus novissimis. Congregamini
et audite filij Jacob audite Israel
patrem vestrum. Ruben primoge:
nitus meus. Tu fortitudo mea: &
principium doloris mei. Prior in
donis: maior in imperio. Effusus
es sicut aqua. Non crescas: quia
ascendisti cubile patris tui:
et maculasti stratum eius.
Symeon et Levi fratres vasa
iniquitatis bellantia. In consiliu
eorum non veniat anima
mea: et in coetu illorum no
sit gloria mea. Quia in fu:
rore suo occiderunt virum: &
in,